

August Varenius August Varenius

Notorie Magnum Pietatis Mysterium Deus In Carne Manifestatus

Rostochi[i]: Keilenbergius, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737563346>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 5.Febr. 1681

Varenius, Aug.

NOTORIE MAGNUM PIETATIS
MYSTERIUM

DEUS IN CAR-
NE MANIFE-
STATUS, 86

Aeterno eodem DEO INCARNATO Ductore & Doctore
Consensu Venerandæ Facultatis Theologicæ
In Academiâ Mekleburgicâ
PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO, D.
Collegii Theologici Seniore, Sereniss.
Ducum Mekleb, Consistorii Assessore

RESPONDENTE

AUGUSTO VARENIO, Rostochiensis,
Redeunte nuper anniversariâ solemnitate, quâ
Universus Christianus orbis salutiferam

ΣΩΤΗΡΟΣ Incarnationem grato
animo recolit.

In publico Conventu Academico d. V. Febr. An. cis 1681 1681
reciproca συζητούντων collatione,

Piè, reverenter, & submissè considerandum
Horis inde ab 8. antemeridianis

In Auditorio Majori.

Chrysof. hom. in b. l.

Ενόησον τὸ μυστήριον καὶ φεῖξαι ἔχεις

Animadvertite ad mysterium, & habes ad quod expavescas.

Rostochi, Typis Viduæ B. FRID. KEILENBERGII, Universit. Typogr.

1681

MOTORI MAGNIFICENTIA
MYSTERIUM

DEUS IN CAR- NE MANIFE- STATUS

Actum coram Deo Incarnato Ducto & Doctoro
Consensu Veneranda Facultatis Theologicae
in Academia Medisburgica
PRASIDE

AUGUSTO VARENIO D.
Collegii Theologici Seniori, Seniori
Dacum Melles, Consistorii Altorfensi
RESPONDENTE

AUGUSTO VARENIO, Rostochiensis
Redeunte super universitatibus solemnitate, p[ro]p[ri]a

Universitäts-
bibliothek
Rostock

in publico Consistorio Medisburgico, N. 1. 1717. 1718. 1719. 1720.
receptis et tentatis collationibus
Pie reverentiae et laudabilis considerandum

Historische Abg. angeordnet
In Auditorio Medisburgico

Capit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

Admiratione et reverentia habere ad quod exspectat

Rostochii, Typis idibus R. FRID. KEILFERNBERGERI, Universitatis Typogr.



D felicissima tempora perventum de-
nuo est, quibus Deus Deique filius, quum tam
admirabilis sacramenti copula, ex gloriosissi-
mâ VIRGINE MARIA, superveniente hanc
Sancto Spiritu, & ipso, virtute Altissimi, illam
obumbrante, naturam nostram humanam
non in personam saltem: sed & naturam suam
divinam pari intimaque immediatione as-
sumisset, & personaliter in suâ hypostasi ad consortium SS. Trini-
tatis sic evexisset, ut nec naturam inferiorem absumeret sublimis illa
glorificatio, nec superiorem minueret assumptio, ipseque sic (prout
jam tunc in campis Bethlehemiticis personabat, gaudii magni & Ca-
tholici Evangelista, Angelus, ac deinceps profitebatur fidelis con-
verforum Samaritanorum Chorus, ἄτος ἐστὶν ἀληθὺς ὁ Σωτὴρ τοῦ
κόσμου ὁ Χριστός. Joh. IV. 42.) *Salvator mundi Christus Dominus
in civitate David est natus, atque ita (verba sunt Chryostomi oratione
in γενέθλιον ἡμερῶν τοῦ Σωτῆρος) quæ jam olim Patriarchæ par-
curiverunt, Prophætæ prædixerunt, iusti cernere cupiverunt, illa
evenerunt & complementum acceperunt, Deusque per carnem in ter-
râ visus, & cum hominibus esse conversatus, quibus novissimis ex libel-
lo Baruchi, prout jam antea à Nicænis Patribus: ita hic allegatis,
subjunxit idem Chryostomus illud: χαίρωμεν ἰοῦν καὶ ἀγαλλιῶ-
μεθα ἀπαλησί i. e. Gaudemus proinde & exultemus dilecti! addito
argumento à minori ad majus. Si Johannes, adhuc in utero ma-
terno, Mariâ ingrediente, ad benedictum ventris Partheni fru-
ctum adeo exultavit, quanto magis nos, non Mariam, sed ipsummet
Servatorẽ nostrum hodie natum conspicientes, exultare & gaudio
gestire par est, atque adeo cum stupore admirari incarnationis Filii
DEI magnitudinẽ (τὸ τοῦ εἰσοσπῆσῆος μέγεθος) omni cogitatione
humanâ superiorem, illumque justitiæ solem ex nostrâ carne ra-
dios suos ejaculantem, animasque nostras illustrantem, reverenter*

A

&

& cum stupore adspicere. Quod si, post Oratorem apud Pastores Bethlehemiticos Angelum, non sibi suisque in Palatio cœlesti Comilitonibus: sed nobis natum τῷ Σωτῆρι prædicantem, totus militia cœlestis chorus concinnuit illud Angelicum: **GLORIA IN ALTISSIMIS DEO, ET IN TERRA PAX, IN HOMINIBUS BENEPLACITUM** (s. bona Dei Voluntas) quantum magis nostrum fuerit, ob tot & tanta incarnatione Dei Filii nobis exhibita beneficia, cum quovis tempore in DOMINO DEO nostro exultare, tum redeunte sacro anniversario Σωτῆρ. Genethliaco, insigniora spiritualis lætitiæ ac gratitudinis devotissimæ documenta edere. Quocirca non, prout Chrystostomus in laudata Oratione, vexatissimam illam in antiquitate *de vero die natali Christi* (qui juxta Scaligeri calculum incidit in *Octobrem incunsem*, juxta Orientales antiquissimos, & Ægyptios quoque, s. in *Kalend Februar* s. in *IIIX Eid. Jan.* juxta Occidentales, quibus circa sec. V. suffragium quoque addidere Orientales, in *XXV Decembr*) controversiam: sed quò ampliorem magni illius gaudii ac laudû divinarum materiam habeamus, in quod Angeli gestiunt reverenter intueri, omnium Angelorum hominumq; confessione, maximum & imperferutabile *pietatis mysterium*, de DEO MANIFESTATO IN CARNE, ex cap. 3. Ep. 1. ad Timoth. v. 16. religiosâ veneratione, & Theologicâ meditatione considerabimus, quod ut ex voto nostro, & sic fiat, ut etiam in Academia hâc nostra, omnibusque nostrorum animis, ac linguis personet illud: **GLORIA IN ALTISSIMIS DEO!**

*Flamine Tu nostras, Jesu, sic dirige mentes
Ut studium laudi militet omne tua!*

I.

Textus originalis cum antecedentibus Collatio & Propositio.

§. 1. Paulus Timotheo, gente Lycaoni, patriâ Lystrensi, parentibus, altero quidem Græco, alterâ Judæâ fideli Eunicâ (cujus, prout & aviæ Loidis pietatē nullove purpurisso fucatam fidem commendat Apostolus 2. Timoth. 1. 5.) edito, à SS. literarum inde à primâ pueritiâ saluberrimâ *Φιλομαθία* comparataque sanctiore notitiâ & ardentissimâ in DEUM pietate, publicè pulcherimeque

μυστ.

μαρτυρομένης, ob raras illas dotes, in *consortium Ministerii Evangelici* allecto, ac, ne apud infirmiores Judæos, ex intermissâ à Patre Græco s. Gentili, circumcissione, Apostolorum istâ ætate, quidem jam mortuâ, nondum tamen exitiali & mortifera, obstaculum propagandæ veritati vel religioni christianæ, injiceretur, liberè à se circumciso, (*Act. XVI. 1. 2. 3.*) per *χειροθεσίαν* Apostolicam æquè ac Presbyteralem s. totius Presbyterii, *Ordinato*, & sic *χειροτονήσας*, etsi juveni adhuc Episcopo (*1. Tim. 4. 14. 2. Tim. 1. 6.*) ob spectatum in excursioni illâ Apostolicâ & prædicatione Evangelicâ, erga DEUM ardentissimum pietatis Zelum, erga se Apostolum, filialem inserviendi affectum, erga Auditores, sincerum & flagrantissimum promovendæ illorum salutis desiderium, sibi *ισοψύχον*, & ad instar animæ propriæ dilecto (*Philip. 2. 20. 22.*) inque illâ *πρωτοχειροτονία* cum potestate quadam & *ἐπίσκοπῳ* extraordinariâ, non in gregem solum: sed & ceteros Presbyteros, vel Episcopos Ephesinæ Ecclesiæ novellæ à se fundatæ, ab ipso autem gubernandæ, ordinandæque fidelibus votis Apostolicis expetito, inque illâ tunc speculâ Doctorali Episcopali constituto, ne absente se in ullâ officii parte, quod juventutem, & per hanc, sanctioris muneris dignitatem traducere poterat, patraret, scriptam quandam officialem accuratæ providæque, in *domo DEI conversationis* regulam, & boni Doctoris ac Episcopi ideam, tractandis, ac ad officium cum commune, tum discretum conformandis vel revocandis utriusque sexus & cujuscunq; status, dignitatis ac conditionis fidelibus, per necessarium, utileque commonitorium communicaturus, inter alia illud, cujus causâ, suis, Apostoli, in Macedoniam secundâ jam vice proficiscentis, precibus, inductus remanserat Ephesi Timotheus, ut scilicet non solum *diversam ab Apostolicâ doctrinam* docentibus & *sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi*. *Si & ei quæ secundum pietatem est, doctrina non accedentibus*, illud: *μη ἐταίεσθαι διδάσκαλοις* præciperet, & à talibus pervicacibus, corruptis & corruptoribus, *veritate privata, abscederet* (*c. 1. 3. c. 6. 3.*) quin & in ipsâ *χειροτονίᾳ* s. manuum impositione ordinatoriâ, cautè, seipsum purum servando, & aliorum ambientium vel intrudentium, peccatis non communicando, ageret, nec nisi illibatâ doctrinâ & inculpatâ vitâ fulgidos, ad sacros Episcoporum & Diaconorum ordines admitteret, (*c. 1. 3. c. 6. 3. 5. c. 5. 22.*) inculcavit, & hæc si-

ne, præter characteres ordinandorum ceteros requisivit, eligi, non
novitios s. in doctrinâ cœlesti, cujus cognitio solida Doctore Eccle-
siae necessaria, pueros vel rudes: sed in sermonibus fidei & præclara
doctrinâ magno studio addiscendâ & tenendâ solidè innutritos,
ad docendum aptos, s. διδασκάλους, accuratè prius exploratos, publicè
μαρτυροῦντας, quod sc. tales sint, qui teneant mysterium fidei in
mundâ conscientiâ atq; sic cū fructu versari possint in domo Dei, ipsâ
Ecclesiâ, quippe, quæ illius mysterii fidei & veritatis columnâ sit
& firmamentum 1. Tim. 3. 2. 6. 7. 9. 10. (c. 4. 6.) 15. in quâ adeò domo ver-
saturis apprimè commendata esse debeat fidelis & sana illius verita-
tis cœlestis, illius mysterii fidei custodia, Ut, prout Regum Principum-
ve edicta, Columnæ forensi vel curiali affixa, in notitiam abeunt sub-
ditorum, & ab his expromto obsequio reverenter habentur ac im-
mutabiliter servantur: ita in Ecclesiâ, velut tali columnâ, & publi-
cè, quo legi & intelligi ab omnibus possit, explicetur, & contra quos-
vis εἰσροδιδας καλοῦντας ac sanæ doctrinæ adulteratores, vindicetur
illud mysterium fidei Evangelicum, velut præclarum cœlestis verita-
tis depositum, pro quo, quanto pretiosius est, & si intervertatur, cum
æterno animarum exitio conjunctum, tantò magis, adusque
gloriosam epiphaniam Salvatoris intemeratè servando, fidelibus Do-
ctoribus & mysteriorum Christi Oeconomis, vigilandum, præcipuè cum
non vulgare sit depositum, nec veritas naturaliter quoq; cognoscibilis,
qualis obtinet in scientiis philosophicis: sed sit 1. *Mysteriū*, s. nec ex toto,
nec ex parte naturaliter cognoscibile, *Arcanum*. 2. *Mysterium pietatis*,
quoniam 3. *Mysterium Magnum*, imò 4. ὁμολογουμένως s. verè, omni-
um Angelorum & hominum piorum confessione magnum v. 16. Atq;
hac occasione proximè subjicit illius veritatis, v. 15. illius myste-
rii fidei quod v. 9. c. 3. memorarat, quodque iterum jam *mysterium
pietatis* notoriè vel *confessorie magnum* appellaverat, succinctam
quandam hypotyposin, vel breviarium distinctis sex commatis in-
clusum, idemq; adeò ponens, (1.) in DEO incarnato s. per admira-
bilem incarnationem & de virgine nativatem in carne manifesta-
to. 2. in DEO incarnato in spiritu justificato (s. per edita virtute
divina miracula, & antea, & in morte, & post mortem, quoniam per ipsam
gloriosam ex mortuis resurrectionem, Justo, ipsoque DEI filio decla-
rato & agnito) 3. in DEO illo incarnato, velut primogenito, in orbè

terrarum inducto, Angelis quoque, in illâ admirandâ Carnis humanæ cum naturâ divinâ τοῦ Λόγου unione, *conspetto*, velut æque ab his adorando & adorato. / 4. in DEO incarnato gentibus (neque verò saltem post ascensionem: sed & jam ante mortem & resurrectionem conf. Marci 3. v. 7. 8. Matth. 15. 21. Joh. 12. 20. 21.) prædicato 5. in DEO incarnato sic inter gentes prædicato, à credentibus confessoribus, qui quidem sunt in mundo: sed non de mundo, *vera fide recepto* s. *credito*. 6. in DEO incarnato *in gloriâ sursum recepto* s. gloriôsè per *ascensionem* & *in sessionem dextra ad thronum majestatis* divinæ exaltato. Ex quo Mysterii Evangelici summario, nobis nunc solum primum explicandum fuerit, id sc. quod c. III. v. 16. in originali sic legitur:

Καὶ ὁμολογοῦμένως μέγα ἐστὶ τῆς εὐσεβείας μυστήριον.

ΘΕΟΣ ΕΦΑΝΕΡΩΘΗ ΕΝ ΣΑΡΚΙ.

II.

Varia Interpp. translatio.

Et per ἐπίκρισιν Critico Theologicâ veræ lectionis & sensû liquidatio

I. Arabica Cod. Erpen. habet: **וחקא אן סר הרא אלערל עטים ראך אנה יגלי באלנסר**

i. e. *Et revera, quia mysterium hoc justitiæ magnum est, illud ipsum quod in carne revelatum est.*

II. Syrus. **ושריראית רב הו ארוא הנא רכאנותא דאתגלי בכסר**

i. e. *Et revera magnum est arcanum illud justitiæ, quod revelatum est in carne.*

III. Chrys. in paraphrasi: *Reverà (absq; ulla controversiâ, indubitatè) magnum (ipso venerationis horrore tremendum) pietatis mysterium est. DEUS (ὁ Θεομορφὸς s. conditor) manifestatus est in CARNE (assumptâ pro nobis humanitate.)*

IV. Versio Latina in Commentariis Paulinis extantibus in tomis Ambrosianis: *Et quidē omnium fidelium confessi-*

A 3

one

one magnum est hujus pietatis mysterii sacramentum, quod declaratum est in carne.

Additur in paraphrasi: magnum illud mysterii sacramentum esse Christum manifestatum in carne: quod mysterium antea latuerit in Spiritu.

V. Versio Vulgata Latina: Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum (in antefixtinâ, manifestum,) est in carne.

VI. Grotius: Et planè magnum est pietatis sacramentum, (coeleste illud Evangelium) quod innotuit primùm sc. manifestatum est (non per Angelos: sed) in carne (i. e. per homines mortales, & quantum externa species ferebat, infirmos, Christum sc. & Apostolos ejus.)

VII. Piscator: Et sine controversiâ magnum est pietatis mysterium: Deus (Filius Dei) conspicuus factus est in carne (humano corpore.)

VIII. Beza, & Aretius: Et sine dubio (Ar. sine controversiâ) magnum est pietatis mysterium, Deus conspicuus factus est (Ar. manifestus est) in carne.

IX. Luth. Und kündlich groß ist das Gottselige Geheimnis/ Gott ist offenbaret im Fleisch.

X. Versio Belgica: Ende buyten alle twyfel de Verborgenheit der Godtseligkeit is grodt/ Godt is geopenbaert in den Vlesche.

XI. Socinian. in Catech. Racov. p. 112. 113. sine ita: Kündlich groß ist das Gottselige Geheimnis / so geoffenbaret ist im Fleisch/ vel, standem urgeatur constantia Codd. Græcorum, ita pervertunt: Der Christliche Gottesdienst ist von Geheimnis/ denn Gott (der Vater/ oder sein Wille von der Menschen Seligkeit) ist völlig geoffenbaret im Fleisch (in Christo und seinen Aposteln/ als welche Fleisch gewesen/ das ist schwache und sterbliche Menschen.)

§. 1. Quid ad has translationes nunc notandum, paucis expedimus Conclusionibus I. In Verbis his, ex textu Originali propositis, non argumentum cum antecedentibus verbis vers. XV. (sive inde à vocabulis Θεοῦ Ἰωσῆ, sive εὐλογ, enunciatiivè, vel, ut concurrant ad unam eandemque enunciationem) continuatur, & sic per parviculam ugi copulatur: sed novum argumentum inchoatur, & aded in illis distinctum κώλον ὁλόκληρον s. integrum perfectumque datur. Probatur ex evidenti consonantissimaque textus Græci per commata & cola, distinctione in v. 15. & 16. Fluit inde conclusio II. Quæ proximè procedunt de Columna & firmamento Veritatis, non consequenter referenda ad mysterium: sed antecedenter, neque verò ad Timotheum ipsum: sed ad Ecclesiam, quæ proinde, prout appellatur ecclesia DEI viventis, ita columna quoque appellatur & firmamentum veritatis. Consequens utriusque conclusionis E. erronea & violenta trajectio & lectio est, quæ sive i. sic habet: DEI viventis columna & firmamentum veritatis. & sine controversia magnum pietatis mysterium est, DEUS in carne manifestatus: sive 2. quæ voces quidem DEI viventis Ecclesiæ relinquit: ceterum post illas novum & continuatum comma incipit, & sic necit: Columna & firmamentum veritatis, ac verè magnū pietatis mysterium est. Obstat, peculiariter, primæ, positus Θεοῦ Ἰωσῆ, ante εὐλογ, & commatis, ibi præsentia, hîc absentia, utriusque, positus ἰσῆ, & articuli το, quin & in eadem enunciatione, imo termino, idem dici Columnam veritatis & veritatem ipsam, & aded columnam sui ipsius: cum contra, prout mysterium illud, est illa ipsa veritas, ita columna veritatis, sit columna quoque illius, quod proponit, mysterii ἰμολογούμενος magni, non autem ipsum mysterium, prout columna, cui affixum diploma vel edictum regium, non est ipsum basilicum edictum.

§. 2. Ceterum, ubi jam evictum, illa quæ præmittuntur, de columna & firmamento veritatis, non consequenter ad mysterium & sic ad v. 16. sed antecedenter ad versum 15. referenda, erronea tamen non minùs & violenta translatio est, quæ illa elogium Columna & firmamenti veritatis, refert ad Timotheum, ac si sensus sit: Hæc scribo, ut Tu qui es (vel habes sicut) columna & firmamentum veritatis, scias, quomodo conversari Te in domo DEI deceas. Requirebatur

batur in textu Græco positus: *ἵνα σὺ ὢν σῦλος καὶ ἐδραῖωμα τῆς ἀληθείας εἶδῃς, πῶς δὲ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστέφεται ἡλὶς ἐς τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ Ἰερουσαλὴμ.* Nunc contraria omnia, ut mirari satis non possimus, quid Viris quibusdam, ingenio, ac judicio ceteroqvi pollentibus, ut calculum illi suum adderent, persuadere potuerit. Quam enim ἀνακόλουθον, sive illud: *Ecclesia appellatur Domus.* E non est *columna* & *firmamentum*: sive alterum: *Perseveranter credentes, & fide mundum vincentes*, appellantur *σῦλοι* s. columnæ. E. Ecclesia (quæ est congregatio sanctorum & eminenter fidelium perseverantium & sic vincantium) non est nec dici potest *σῦλος*, nec δὲ, *σῦλος* s. *columna veritatis*, sive illud: *Tres ὑπερλίαν Ἀποστολῶν Gal. 2. 9. 2. Cor. 11. 5. appellantur οἱ δοκοῦντες σῦλοι εἶναι* s. *qui in Collegio Apostolico habiti fuerint, velut columna*, nec minus: in hyperbolicis Antiquitatis sanctioris Elogiis titulus *columna* aliquando Episcopalis vel Doctoralis est. E. non Ecclesia: sed Timotheus Paulo appellatur *Columna & firmamentum veritatis*. Item: Versiculus 16. incipit à καὶ. E. ibi non novum axioma inchoatur, sed jam antea inchoatum continuatur. Meri hi sunt Paralogismi. Et quid inde sive lucri, sive compendii, in disputatione de Romanâ tali *columna*, vel *Uno, Columna in Romanâ? qui si validâ illatione ex Ephesinâ, in quâ tunc dabatur ἀνωστροφή* Timothei Episcopalis, induceretur in Ecclesiam (sub quo jam dudum venit Unus, nomine) Romanam, majore compendio ex *uno Timotheo* tunc Ephesino Episcopo s. *primo presbytero*, induceretur in Catholicam. Manet aded quod probandum erat: In v. 16. integrum & novum dari axioma & sic κῶλον ἐλόκληρον.

§. 3. Ponimus conclusionē III. *Illud καὶ ἡ. ἵτα ἐστὶ συνδεδεικνόν*, ut non sit illius ἀληθείας signū ἐξηγητικόν, positum pro ἥτις, ac si sensus sit: *Ecclesia est firmamentū veritatis, quæ ipsa veritas est illud notoriè magnū pietatis mysteriū: sed potius illud καὶ ἵτα* est subordinatōν ἐνωτικόν, & prioris ἐξηγητικόν. Nescit sc. Doctores (de quorum characteribus & requisitis, cum in doctrinâ, tum in vitâ, eorumq; & in primis Timothei ἀνωστροφή s. *prudenti conversatione in domo DOMINI* hæctenus ad usque v. 16. actum) cum doctrinâ, qvi ex Adagio Prophe-

tico

tico Jer. c. ii. 19. habent velut $\alpha\beta\gamma\delta$ $\epsilon\zeta$ f. arbor & esca ejus. Vis illationis talis: Qui velut, non solum Diaconi, Presbyteri: sed & velut inspectores cum horum, tum totius gregis versari debent in illa domo, quae & DEI est, & columna ac firmamentum veritatis, imo in qua, velut depositaria veritatis, sanctè custodiendum est illud Confessorie magnum pietatis mysterium de DEO incarnato &c. in illis requiritur exacta notitia modi $\alpha\upsilon\alpha\varsigma\epsilon\theta\phi\eta\varsigma$ f. quomodo in illa versari debeant. Atque Timotheus &c. F. Prout sc. in v. 15. insinuat provida illius conversationis Episcopalis in domo DEI ratio generalis: sc. Depositum veritatis: ita hinc in v. 16. specialis, sc. Depositum ipsius notorie Maximi pietatis mysterii, unde Oeconomis mysteriorum tantò major incumbit necessitas sanctæ & providæ Conversationis in domo DEI, & adeò in illis requiritur exacta talis conversationis notitia, quò sic sancta sanctè doceantur & agantur. Mysterium adeò hoc $\delta\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$ magnum, non ponitur h. l. ut terminus convertibilis cum illa veritate: sed ad hanc se habet, veluti pars primaria ad totum, vel species ad genus, nec mysterium prædicatur de veritate (fieret id contra naturam prædicationis Logica: sed contrà, veritas de mysterio. Obstaret quoque positus i. $\kappa\epsilon\gamma$. 2. articuli præpositivi $\tau\omicron$. De particulâ $\kappa\alpha\iota$ eiqve correspondente Hebræorum γ actum à nobis alibi. Conf. quoque Flac. in clavi, Pasor in Lex. Hoc in loco Copulandi munere fungitur, & non minuùs in parallelo Joh. I. 14. ubi connectit Theologia (conf. de hoc v. 1. 2. 3.) & Oeconomiae v. 14. f. Deitatis & Incarnationis mysterii $\tau\omicron$.

§. 4. Conclusio IV. Articulus $\tau\omicron$, prout non sine causâ in $\kappa\epsilon\tau\iota$ Græco exprimitur: ita & in translatione (prout ab interpp. orientalibus factum) vel certè in expositione rectè attenditur. Est sc signum i. hujus mysterii, velut maximi, singularitatis (dantur quippe varia mysteria 1. Cor. 13. 2.) 2. Sublimitatis vel dignitatis (quæ, licet satis videatur expressa in prædicato, per illud: $\delta\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$ $\mu\acute{\epsilon}\gamma\alpha$, propter correspondentiam tamen terminorum, indigitanda quoque erat in subjecto, ut sic constaret proponi hinc illud eminentissimum mysterium $\tau\omicron$ $\text{Iou} \text{Χριστου}$ Colofs: 4. 3.) Ita $\theta\epsilon\sigma\lambda\omicron\kappa\omicron\varsigma$ non appellatur nudè Virgo: sed cum articulo, ab Isaiâ $\eta\mu\eta\epsilon\eta$, à Gabriele Matth. 1. 23. $\eta \text{ παρθένος}$. Ratio vid. Luc. 1. 28. 42. Ita Johannes

B Baptista

Baptista, sub duplicato articulo ὁ λόγος ὁ καιόμενος, *Lucerna il-
la ardentissima* Joh. 5. 35. Ratio ex Matth. 11. 9. Christus ipse τὸ Φῶς
τὸ ἀληθινόν Joh. 1. 4. 8. 9. ἡ Ζωὴ v. 5. & ter in v. 1. ὁ λόγος, propter
hypostaticam & divinam hujus VERBI singularissimi eminenti-
tiam, quippe qui λόγος non solum est πρὸς τὸν θεὸν ἵαπὸν DEUM
Patrem: sed & DEUS ἵ. ὁ ἀληθινὸς θεός, *verus ille DEUS* 1. Joh. 5.
20. Est 3. signum subjectiv. termini *primitatis* ἵ. subjecti Logici, cui
naturaliter magis, quam predicato, competit, articulari, ἵ. articulo
signari, quæ eadem ratio, quare & Joh. 1. 1. & ibid. v. 14. Λόγος
ubique ponatur cum articulo, ut sic idem λόγος signetur *caro factus*
v. 14. qui in principio erat v. 1. Quia nec sine ratione ibidem in v.
1. nomen θεός semel ponitur cum articulo in axioma 2. semel sine,
in axioma 3. Ibi sc. supponit vox θεός *personaliter* pro solâ perso-
nâ Patris, hic *essentialiter*, & pro ratione predicati, sc. ille λόγος
erat DEUS h. e. *particeps divina essentia*, ὁμοούσιος DEO Patri,
& sic non minus ac *Pater*, sine gradu excellentiæ majori vel minori,
unus ille verus Deus, ubi proinde omittendus erat Articulus, ne si-
ve persona Patris & λόγου confunderetur, sive λόγος in Deitate du-
plicaretur, prout futurum, si positum fuisset, sive: ὁ θεός ἦν ἁ λόγος
sive ὁ θεός ἦν λόγος.

§. 5. Sed esto Conclusio V. *Vox Μυστήριον*, (1.) *et si non barbarè
per SACRAMENTUM* (velut *Vocabulū minimè barbarum*) nec (2.)
malè per Arcanum exprimitur, rectius tamen (3) *in Latinâ quoq; re-
tinetur*. Probatur 1. quia mysteriū non ἁ ἱεροσ hebræorū, sed ἁ μυστήριον
Græcorum, sensu *sacrandi*, proximè convenit vocabulo *sacrandi*,
unde vox sacramenti, & sic originalis etymi respectu, omne *myste-
rium* sacramentum est, neque hæc vox Latine barbara, nec ἁ Græcorū
μυστήριον aliena, cum & in illo, *juramentum militare* appelletur
sacramentum, & Græcis tale juramentum ἵ. ὄρκιον ἁ ἐρατῶν πλοῦς,
dicatur *σεμνὸν μυστήριον*, ἵ. *venerabile mysteriū*. Probatur *secundūm*,
quia *Μυστήριον* secundariam significationem habet *arcani*, unde
Somnium illud Regis Monarchicum, vel ejus interpretamentum,
quod & ipsum erat arcanū, & in quo dabatur quoq; arcanum ἵ. *myste-
rium Evangelicum*, in Codice Hebræo dicitur ἱ i. e. *Arcanum* ἁ
LXX.

LXX. Græcis exprimitur *μυστήριον*, ab interprete Vulgato *Sacramentum*. Conf. Dan. 2. 18. 19. 27. 28. 29. 47. c. 4. 6. Prout ergo nec ex etymo, nec ex usu profano (in quo *sacramenti* vox, aut *solemne* tale *juramentum* dicit, aut *pecuniã* à *litigantibus* in loco *sacro*, factã à *litis* *congestatione*, eã *conditione depositã*, ut deponens, si *vinceret*, *sacramentum* s. *pecuniam* in loco *sacro depositam auferret*, si *vinceretur*, in *pœnam temerariae litigationis integrum illud Sacrario vel arario relinqueret*) nec ex *Riblico Latino*, nec *strictiore usu Ecclesiastico* (in quo *actionem sacrã*, *verbo mandati ac promissionis*, circa *certum elementum*, cumque *obligatione* quasi *juratoriã* utentis, sese illo, velut *sacro* quodam *pignore*, Christo obligantis, determinatam & sic *confederatione DEI & fidelis communicantis*, constantem, significat) repugnat vox *sacramenti*: ita nec (quod in *omni mysterio*, involvitur) *arcani*. Nec sive *positivè*, sive *negativè*, à *sacramento* ad tale, nec à *negatione* talis *sacramenti* ad *negationem sacramenti* simpliciter V. C. Quia tamen *omne* quidem *mysterium arcanum* est & sic *sacramentum*: sed non contra, præstat *retinere*, quod ex *Græco Latina consuetudo* jam dudum habet, *mysterii* vocabulum. Licet quoque ipsa *Θεωσις* Dei in carne, possit dici *sacramentum mysterii* (prout reddidit Pseudo-Ambrosiaster) hoc loco tamen non memoratur *sacramentum mysterii*: sed *mysterium*.

§. 6. Conclusio VI. *Mysteriũ hoc, licet formaliter hęc exprimatutur ut singulare, nõ obstante tãmen illã singularitate, primariorũ quorũdã, collectivũ est, & sic plurale*. Probatur 1. Ex *subjecto indiculo*, in quo tot *specialia mysteria*, quot *commata*. 2. Et vel in uno illo: *Deus est manifestatus in carne*, tot ac tanta. 3. Quod alibi unum memoratum Apostolo *mysterium*, pars saltem est *hujus mysterii* Conf. Eph. 3. 3. 4. 6. 8. 9. & in præsentì comma 4. & 5. 4. Quin alibi mentio *mysteriorum regni cœlorũ* in plurali Matth. 13. 11. Marci 4. 11. conf. 1. Cor. 4. 1.

§. 7. Conclusio VII. *Mysterium hoc, secundũ excellẽtiam, Evangelicum est, idemque εὐαγγελικόν, juxta omnes causas, & justitiã quidem, ceterũm sic ut illa formaliter hęc voce non exprimatutur*. Probatur 1. quia non est, ex *arcanis providentiã* in libro *naturæ* vel *creaturæ* (prout evidens 1. ex *naturã prædicati*, cum illis ne quidem *mysterii* nomen uspiam tribuatur in *sacris*, nedum *ὁμολογουμένως magni*. 2. ex *subjecto indiculo exemplorum hujus magni mysterii*)

ferii) Ex utroque simul probatur quod sit eminenter Evangelicum. conf. quoque Eph. 3. 4. c. 6. 19. & tale, quod non *Caro & sanguis*: sed solus *Pater celestis* revelat, nec minus ex addito illo *ευσβετίας*, quæ vox subjectivè hominis, objectivè Solius DEI est, ipsius autem mysterii 1. *efficienter*, quatenus in Evangelio propositum operatur *ευσβετιαν* 2. Pet. 1. 3. 6. 1. Tim. 6. 5. 6. (non nudam *μόρφωσιν ευσβετίας* 2. Tim. 3. 5.) 2. *materialiter*, quatenus e. c. *DEUS in carne manifestatus*, materia circa quam vel objectum est talis *ευσβετίας* 3. *formaliter*, quatenus in se adeo sublime arcanum & venerabile est, ut cognoscibile non sit, illis, qui sunt *ἀσβεῖς*: conf. Judæ v. 4. & seqq. 1. Cor. 2. 14. sed solis qui sunt *ευσβεῖς* 2. Pet. 2. 9. qui sectantur *ευσβετιαν* 1. Tim. 6. 11. imo *ambulant ἐν ευσβετίας* s. veris & ferriis pietatis & cultus religiosi exercitiis 2. Pet. 3. 11. 4. *finaliter*, quatenus finis, prout *gratiæ salutaris*, ita & hujus *mysterii*, & *Φανερώσεως DEI incarnati* est, *impietatis* s. *ἀσβετίας* abnegatio, & *παιδεία τοῦ εὐσεβῶς ἐν χριστῷ* s. *institutio ad vitam piã*, in Christo, conf. Tit. 2. 12. 14. 2. Tim. 3. 12. sed &, cum in textu non sit vox *δικαιοσύνης* s. *justitiæ*: sed *ευσβετίας*, & hujus h. l. amplior suppositio, hæc *justitiæ* vocabulo plenè non exprimitur.

§. 8. Conclusio IIX. *Mysterium hoc ευσβετίας non solùm appellatur MAGNUM: sed & ὁμολογουμένως magnum vel maximũ.* Recenset quippe scriptura alia mysteria particularia, quæ, illud 7. stellarũ Apoc. 1. 20. vocationis gentiũ Ephes. 3. 3. 6. conversionis Judæorum 1. Cor. 15. 25. immutationis vivorũ 1. Cor. 15. 51. Ceterũ nullũ ex illis appellat *ευσβετίας* mysterium, nedum MAGNUM, multò minus *ὁμολογουμένως* magnum. Solũ illud de Christo & Ecclesiã appellatur *Magnum*: Ephes. 5. 32. Præsens autem cum auctario, *ὁμολογουμένως magnum*, prout alibi mysterium gloriosum, in quo sc. Christus divitias suæ & gratiæ & gloriæ splendidissimè exerit, Col. 1. 27.

§. 9. Conclusio IX. *Illo: ὁμολογουμένως μέγα, & summa veritas & eminentissima exprimitur hujus mysterii majestas, quod quia ὁμολογούμενον, non potest non esse infallibiliter verum, quia ὁμολογούμενος magnum, non potest non esse maximum.* Habent artes

artes & disciplinae sua ὁμολογούμενα, ὅτι αἰα sunt prima principia,
 quia prima & evidentissima, propterea ἀναπόδεικτα, i. demonstrabilia,
 ob nimiam evidentiam, quā simul proponuntur, omnium consensu
 admittuntur, quia sunt, quas Mathematici vocant dignitates &
 primas veritates. Habet & Theologia, cujus totum principium
 cognoscendi i. πᾶσι γενομένη, quia Θεόπνευτος, proinde etiam
 est ἀξιοπιστός, imo ἀντόπιστος, cui propter testimonium, quo de
 se ipsa testatur ἀθεντικῶς, fide divinā creditur. Et tamen de
 quibusdam veris Canonis partibus aliquando dubitatum, etiam
 magnis quibusdam Patribus, unde illa vetus distinctio apud Eusebi-
 um, inter libros ὁμολογουμένους, & ἀντιλογούμεους, quibus aliquan-
 do contradicunt, sic ut nō ab omnibus referrentur inter βιβλία ὁμολο-
 γούμενα, i. quae in Synopsi, sub Athanasii nomine, appellantur βιβλία
 ὁμολογούμενα καὶ κανονισμένα, fidei Catholicae ἀκροθίνια καὶ ἐρεί-
 ματα. Hoc autem mysterium, nunquam sive fuit, sive est vel e-
 rit ulli fidei ἀντιλογούμεον, vel ἀντιλογίας, i. contradictionis si-
 gnum, quia ὁμολογούμεον, & tale quod non possint non & Ange-
 li (in ipso submississimo sacro intuitu in mysteria Evangelica
 1. Pet. 1. 12. Ephes. 3. 11.) & credentes omnes non solummittere
 verum & reverenter confiteri, velut ὁμολογουμένως maximum
 religionis Christianae mysterium, velut πῶς τὸν λόγον καὶ τῶς
 ἀποδοχῆς ἄξιον, qui pulcherrimus hujus ὁμολογουμένου paral-
 lellismus est 1. Tim. 1. 13. c. 4. 9. Pulchrè Orientales expresserunt positivè
 (vid. sect. 2.) Nec culpandi tamen qui negativè, e. c. Graeci expositores,
 per οὐ ζῆουμένως, ἀναμφισβητήτως, ἀναντήτως i. e. sine
 quaestione, dubio, controversiā, contradictione (Talis enim
 negatio oppositi, vel maximè asseverativa esse solet, & exag-
 gerativa) Chrysostomus utroque modo illud ὁμολογουμένως ex-
 posuit, sc. per ὀλίως & ἀναμφιβόλως i. e. vere & realiter, ac sine
 omni ambiguitate maximum. Juxta literam, etsi minùs Latine,
 reddendum foret: Confessè, vel confessivè, consentienter, concessivè,
 magnum.

§. 10. Conclusio X. *Licet haut repugnet, Christum ipsum dici Mysterium, & hoc sensu mysterium in carne manifestatum, in genuino tamen & authentico textu Apostolico, illud, in carne manifestari, literaliter non predicatur de mysterio: sed de DEO ipso.* Probatur, Christus ante & extra carnem fuit *DEUS absconditus*, qvi nunc Apostolo appellatur qvovq; *ὁ Θεὸς ΔΕΙ ἐν μυστηρίῳ ἀκρυψόμενον* conf. *Isaiæ 45. 15. 16. Luc. II. 49. I. Cor. I. 24. c. 2. 7.* atqve sic multis modis *mysterium*, idemqve in carne patefactum, *personaliter*, in Evangelio *doctrinaliter*.

§. 11. *Mysterium sc. admirandum* Christus fuerit 1. *qvoad naturam divinam, qvâ est Deus super omnia benedictus in secula.* Rom. 9. *5. mirabilis super omnes Deos* Psal. 96. 5. 2. *qvoad propriam subsistentiam, secundum quam à Patre & Spiritu Sancto alius est, et si, qvoad essentiam, unum cum Patre & Spiritu S.* I. Joh. 5. 7. 3. *Qvâ æternam, arcanam & ineffabilem generationem* Ps. 2. 7. Prov. 8. 22. c. 30. 4. Mich. 5. 2. Johan. I. I. c. 3. 16. 4. *Qvoad admirandam è Spiritu Sancto conceptionem & naturæ humanæ è massâ virgineâ conceptæ & formatæ, cum non personâ solum: sed & naturâ suâ divinâ intimam & imperferutabilem unionem* Luc. I. 35. 5. *qvoad temporalem è purissimâ Virgine nativitatem, qvibus tot ac tantis admirandis personis, si addantur admiranda sanctissimæ Viæ Domini Jesu, cum, qvâ vitâ terrenam s. in his terris exactam, in ejus ingressu, progressu, & egressu, tum qvâ coelestè, quam inde ab ex-utis inferis, ingressus per resurrectionem, in qvâ progressus per ascensionem, prout ejus gloriæ summum fastigium consecutus est per gloriosam ad dextram Patris sessionem, si porrò addantur admiranda utriusque status, stupendæ sc. Exinanitionis & tremendæ superexaltationis, admiranda item triplicis officii, Doctoralis, Sacerdotalis, Regalis, & hujus, cum in regno universali potentiam in speciali gratiæ & gloriæ cumulatissima ubiqve mysteria dabuntur Christi, & Christus ipse, gloriosum tot nominibus, mysterium.*

§. 12. *Qvod cum intenderit Ambrosiaser ille commentator nec minus in notis, Lira, in sensu excusandus uterque fuerit, et si interpretationi textus haut satisfactum, dum velut implicite in textu insinuatum habetur, qvod in illo explicitè & apertissime legitur:*
sc.

sc. non *Μυστήριον* : sed : *Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί* s. *DEUS apparuit in carne*, quod & *Valla* agnovit, & *Cornel. à lapide*, qualectione legitimatà, facile conceditur, & contra Socinianos negantes (vid. *Ostorod* contr. Trad.) urgetur : *DEUM* s. *Filium DEI* apparentem in carne, esse magnum mysterium, & hoc sensu, magnum mysterium pietatis, ipsum sc. *DEUM absconditum, in carne manifestatum.*

S. 13. Succedat Conclusio XI. *Illud* : *ΘΕΟΣ* non est hypobolymaum : sed genuinum Apostolicum, nec adeo ab aliquo heretico rextui Græco inditum : sed ab heretico potius de quibusdam Codd. particularibus expunctum, jam olim est restitutum, & semper ita lectum ac legendum. Notamus ad hanc 1. Quanto pretiosius & illustrius hoc aureolum Apostolicum divinitatis & incarnationis Filii DEI est & semper fuit argumentum, tanto magis laboratum. Satanae, ut illud ipsum corrumpere & suspectum Christianis redderet, cumque nulla vox magis obstaret, quam præpositum hic illustribus prædicatis & maxime primo s. illi : *Apparuit in carne*, vocabulum *Θεός*, id egit, ut hoc hypobolymaum, s. ab aliquo, textui male insertum & inde eradendum persuaderet 2. Magna pro persuasione illa præsumptio, & inde Ecclesiae tentatio fuit, interpretum veterum, non occidentalium solum : sed & orientalium, Syri & Arabis in omissione illius primariae vocis *Θεός*, mira quaedam conjuratio, non solum hereticis apertis, & divinitatis ac incarnationis Christi hostibus *αποάνδοις*, Socinianis : sed & *Grotio*, & ante hunc *Erasmio*, illi, hinc inde Socinianorum collusori, huic, Antecessori, renascituræ hæresi viam sternenti, valde probata. 3. Obstet autem positus. Ut enim obtineatur magnum illud mysterium dici in carne manifestatum, aut expungendum erat in primo versus membro illud *ἐστὶ πῶ*, ut legeretur : *καὶ ὁμολογουμένως μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον ἐφανερώθη ἐν σαρκί*, vel interfèrendum illud, ὁ, *Articuli postpositivi*, in neutro genere, character, velut vicarium nominis *μυστήριον*, ὁ ἐφανερώθη s. quod apparuerit in carne, quorum cum illud durius videretur, placuit posterius, & sic cum hæreticè expungendum perfidè inferendo, vis illata textui. Nec saltem positus ille obstat : sed & res ipsa ac sequentium prædicatorum, & præcipuè primi &

& sexti natura. Utut enim *Φανέρωσις*, quoque prædicetur de *mysterio* Colofs. 1. 26. tamen non *Φανέρωσις ἐν σαρκί*, apparitio in carne, prout contrâ, de CHRISTO prædicatur, apparere vel venire ἐν σαρκί 1. Joh. 4. 2. 3. 2. Joh. 7. Rom. 8. 3. Hebr. 2. 14. nec illa ἀνάληψις s. *sursû assumptio*, uspiâ tribuitur *mysterio*, quæ proinde h. l. habenda velut prædicata, non de *mysterio*, sed *Christo*. Inepte autem insertio illa nominis Θεός adscribitur *Macedonio* vel *Nestorio*. Neque enim præsumendum, ab illis, quibus vel maximè plagam lethalem dare poterat, vocabulum illud insertum: sed potiùs, siue ab illis, siue ab aliquo Photino, quorum hæresi maximè obstabat ille nominis Θεός positus, illud in quibusdam Codd. expunctum, aut saltem, suspectum de fide vel veritate lectionis redditum, ut adeo illa expunctio & omisio debeatur *Mysterio ἀνομιίας*, operoso semper, jam inde ab ætate Apostolica, in adulterando vero illo & magno *Mysterio εὐσεβείας* s. Probatur autem vera & genuina Græca lectio, non tantùm ex prædicatis, *Apparere in carne, & Sursum recipi in gloria*, quæ non esse possunt nisi *persona DEI filii*, unde in Johanne *Spiritus negans Jesum venisse in carne*, habetur *Spiritus Antichristi* 1. Joh. 4. 2. 3. 2. Joh. 7. & de Christo *ascendente*, idem prædicatum exprimit Marcus: sc. ἀνελήθη s. *sursum receptus est*: sed & ex collatione vetustissimorum manuscriptorum Græcorum, quorum XVI. consonantia & experimentia hic vocabulum Θεός, ex Bibliothecâ Regiâ Parisiensi habuit & in editione Græcâ regiâ expressit Henr. Stephani. Legunt quoque Græci Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus & alii. Quot & quantæcunqve adeo hic dentur taliter habentes versiones, cedere oportet authentico textui, sc. juxta illud Augustini: *Ad exemplaria Hebræa & Græca recurrendum si quam dubitationē attulerit Latinorum interpp. infinita varietas, & alterum: Ut veterum librorum fides de Hebræis voluminibus est judicanda: ita Novorum Græci sermonis normam desiderat* vid. de illo Aug. 1. 2. de doct. Chr. de hoc Hier. ep. ad Lucin.

S. 14. Concl. XII. *Vocabulum Θεός hic non sumitur essentialiter novus: sed relativè ὁμοτιμῶς pro ipsa DEI Filio vel naturâ divinâ relate consideratâ, in solius Filii Dei persona*. Probatur

è præ-

è prædicato, *apparitionis vel adventus ἐν σαρκί, qv̄i foliū Christi character est.* Conf. 1. Joh. 3. 5. 8. c. 4. 2. 3. 2. Joh. 7. Rom. c. 8. 3. c. 9. 5.

§. 15. Conclusio XIII. Pulcherrimè mysterio DEI incarnati militat vox Græca ἐϕανερώθη, parallela Hebrææ (qv̄a hîc Arabs & Syrus utitur) הלה. Conf. de hâc conclus. qvoad vocē græcam 1. Joh. 1. 2. c. 3. 5. 8. Alibi quoqve, soli Christo peculiari quodam modo, cum respectu *incarnationis*, tum *resurrectionis* dedicatur. Vid. de posteriori Marci 16. 12. 14. Joh. c. 21. 1. 14. Atqve hæc *ϕανερώσις*, foliū Christi, prout illa *ϕανερώσις ἀρχαίας* in illâ *ϕανερώσει* s. missione Filii DEI in carnem, *οικονομικώς* character Dei Patris est 1. Johan. 4. 9. Vid. quoqve de Voce הלה Jes. 40. 5.

§. 16. Conclusio XIV. *Vox σαρκὸς* s. *Carnis, non accipitur hic sive μεταφορικῶς* pro naturâ corruptâ (prout Job. 3. 6.) nec *κυρίως* pro solo corpore, nec, *quæ ossibus ac Nervis contradistinguitur*, Carne (Job. 10. 11. Ebr. 12. 9.) sed æqvè hîc ac Joh. 1. 14. *συνεκδοχικῶς* pro toto homine, s. *naturâ humanâ individua, integrâ, animâ & corpore organico constante*: Nihil hâc suppositione in utroqve T. familiarius, Conf. Gen. 6. 13. Jes. 40. 5. Joel. 2. 28. Psalm. 65. 3. Rom. 3. 20. 1. Joh. 4. 2. 3. Fuit sc. Caro Christi, Caro ἐμψυχωμένη s. animata, & quidem sic ut habuerit *ψυχὴν νοεράν* s. λογικὴν i. e. animam rationalem, intellectu, voluntate & memoria constantem, cujustestes tot evidentiâ scripturarum loca.

§. 17. Conclusio XV. *Vocabulo Carnis usus hîc Paulus, prout in parallelo Johannes, est, ad adumbrandam admirandâ Filii DEI συγκρατάσιν.* Manifestatus sc. dicitur DEI Filius, non in mundo quodam Corporis *schemate*, nec in assumptâ ad tempus per quendam *παροίστασιν* externâ corporis humani specie, nedum in nube vel rubo ardente (qvales ἐπ' αἰσίου vel *ϕανερώσις* dabantur in V. T.) sed in *propriâ carne*, sic ut è divinæ majestatis folio sese in nostræ Carnis vilitatem quasi demiserit, *particeps factus carnis & sanguinis, sicut pueri*, imo per omnia (peccato excepto) nobis factus similis Hebr. 2. 14. 15. c. 4. 15. Phil. 2. 7. ut nos, qvos ob naturâ, & susceptarum spontè infirmitatum identitatem, *Fratres* appellare nō, erubescit Hebr. 2. 11. à miseriis liberaret, & ad cœlestis regni dignitatem

tem eveheret, de quo graviter θεολογοῦσι Patres, & ex his, Chemnitius, cum alibi, tum in harm. Evang. c. 1. p. 84. Conf. Joh. 1. 14. Phil. 2. 7. 8. Hebr. 5. 7. 1. Pet. 3. 18.

§. 18. Conclusio XVI. *Ineptum planè interpretamentum, Sociniano-Grotianum est, per DEUM hic intellegi DEUM Patrem i. ejus voluntatem, quæ manifestata dicatur, prædicata, non per Angelos: sed per Carnem i.e. Christum ejuoque Apostolos, homines infirmos.* Contra i. nuspian vox ΘΕΟΣ supponit pro solâ voluntate. 2. nec Pater nec ejus voluntas dicitur revelata in carne. 3. Falsum, mysterium illud prius prædicatum in N.T. per carnem, quam per Angelos. Contrarium constat ex Gabriele præcone nascituri Johannis, apud Zachariam Luc. 1. 11. 13. JESU, apud Mariam Luc. 1. 25. 26. 31. & Josephum Matth. 1. 20. 21. quin & ejusdem jam nati primus Evangelista fuit Angelus Luc. 2. 8. 9. 10.

§. 19. Conclusio XVII. *In aureolo præsentis Paulino perpetuam esse allusionem ad supersticiosos Gentilium ritus & cum aliam Eleusinia sacra vel Ephesina mysteria, & ex Tripode dicta, quin & hæc, & ipsas Φανερώσεις vel, ἐπιφανείας, Deorum Gentilium i. Demonum, tacite hic, ubique Christianorum sacris vel mysteriis opponi, nec ex dignitate eminentissimi hujus mysterii, & θεοπνευσίας Apostolica, reverenter satis pronuntiatur, nec solide probatur.* Placuit illa vehementer Polo, prolixè illam ex Autoribus deducenti. Contrà, licet Prophetæ & Apostoli aliquando Idolorum vanitatem opponant unius veri DEI majestati, ubi datur aperta talis antithesis e. c. Pf. 115. 2. 3. & seqq. Prophetas tamen & Apostolos, ubi ex professo tractant mysteria, facere illud cum perpetuâ allusione ad abominanda & execrabilia Gentium mysteria, & profunditates Satanae. e. c. ubi de Φανερώσει Dei incarnati agunt, respicere ad Epiphantias Demonum, & audacter nimis asseritur, & contra eminentiam mysterii ουσολογουμένως magni, & contra θεοπνευσίας ac primitatem veri revelati, transcendentis omnia Gentilium Idola, templa, aras, foeda sacra & mysteria, in quibus Satanas fur et plagiarius supremæ gloriæ, potius voluit verorum illorum sacrorum & mysteriorum ostentamentum aliquod, in orbem gentium introducere & sibi quandam Numinis majestatem arrogare, per μυστηρίων ἀνομιὰς unde fronti magnæ meretricis inscripta memoratur vox ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ: 2. Theff. 2. 2. 7. Apoc. 17. 5.

§.

§. 20. Conclusio XIIX. Sententiam hujus aureoli mystici etiam illi ex Patribus probarunt, qui non eodem verbis illud allegarunt. Graviter Irenæus l. 3. ad v. hæ. c. 20. illud ipsum mysteriū f. prout Chrysoft. appellat, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν his verbis expressit: *Filius DEI existens semper apud Patrem, qui & semper aderat generi humano, novissimis temporibus (ubi aderat præfinitum à Patre tempus) incarnatus & (passibilis) homo est factus & c. 21. adv. Valentin. DEUS Unigenitus ὁ λόγος est incarnatus, & ab ipso Spiritu per Prophetas & Apostolos prædicatus. E. Christus non est merus homo. Item: Hic Filius Dei, Dominus noster, existens VERBUM PATRIS, & Filius hominis, quoniam ex Mariâ, quæ & ipsa erat verus homo, habuit secundum hominem generationem, factus est Filius hominis. Nec aliter Clem. Alex. Mystici hujus aureoli, etsi non allegati, sensū reverenter & eleganter proposuit in protrept. ad Gentes, cui ibidem p. 51. 53. Θεὸς ἐνδυθεὶς s. DEUS carne indutus appellatur μυστήριον θεῖον, ἀπαράδοξόν τε, θαῦμα μυστικόν, mysterium divinum, maxime paradoxum, miraculum mysticum, quod κήρυγμα δικαιοσύνης s. justitiæ præconium, sit τοῖς μὲν ὑπακούουσιν Ευαγγέλιον, τοῖς δὲ ἀπακούουσι κέληρον s. obedientibus Evangelium, inobedientibus autem judicium. Dari in hoc mysterio epiphaniam magni DEI, quæ verè sit τὸ ἄσμεα τὸ καινὸν s. Casticum novum, qui & p. 5. Ἐπιφάνη ὁ πρῶτος σωτὴρ. ἐπιφάνη ὁ ἐν ἰσραὴλ ὢν, ὁ ἐκ λέγ. Θεὸς ἦν Θεὸς τὴν Θεῖν, διδασκαλὸς ἐπιφάνη, ὡτὰ πάντα δεικνύμενος, i. e. Apparuit, qui jam antea extitit, Salvator. Apparuit is, qui semper existit in semper existente, quia VERBUM, quod erat apud DEUM (Patrem) apparuit DOCTOR, à quo Omnia condita sunt. Idem: Ἐπιφάνη ἀνθρώπος οὐσος ὁ λόγος ὁ μόνος Ἀμώ, θεὸς τε καὶ Ἄνθρωπος i. e. Illud ipsum VERBUM apparuit HOMO, quod Verbum incarnatum solum, est utrumque, DEUS ET HOMO.*

III.

Logica Resolutio.

§. 1. Pulcherrima hic datur subordinatio 1. Veritatis 2. mysterii. 3. hujus ὁμολογουμένως magni. 4. incarnationis, & sic Φανερώσις

ἐν σωματί, ex quibus 1. de 2. & porro 2. de 4. velut conceptus generalior, s. genericus s. specificus, de speciali vel singulari, predicatur, in quid, 3. de 4. in quale, cum omnia quidem *mysteria* sint *veritates*: sed non omnes, quæ in Ecclesiâ docentur, *veritates*, sint *mysteria*, neque omnia *mysteria*, sunt ὁμολογουμένως *magna εὐσεβείας mysteria*, quæ non solum non negare: sed nec ignorare salvâ fide licet. *Incarnatio*, autem filii DEI non solum *veritas* est: sed & *mysterium*, idque εὐσεβείας, neque saltem *mysterium*, sed & *tales*, quod sit omnium confessione *maximum*. Neque opus est h. l. fingere ellipsin particulæ ὅτι, ante vocem θεός, ut sit par positus qualis 1. Tim. 1. 15.

§. 2. Notentur aded hic 3. enuntiationes subordinatæ 1. *mysterium* illud εὐσεβείας est ἱμολογουμένως, *magnum*. 2. *Deus est manifestatus in carne*. 3. *Deus manifestatus in carne*, est illud ὁμολογουμένως *magnum religionis Christianæ mysterium*, unde facilis collectio terminorum, *subjecti* sc. & *predicati* Conf. sect. 2. §. 4. 10. 11. 12. 13. Prædicato autem illo enuntiationis secundæ, quod est, *apparere in carne*, determinatur 1. *natura assumpta*, voce *carnis*, quâ *Homo* designatur non *idealiter* (quia sic non daretur nisi quoddam ens rationis, & figmentum saltem vel nudum simulacrum incarnationis, non vera in carne φανερῶσις) non *specificè* (neque enim *Filius Dei* assumpsit naturam humanam universalem: sed *individua*, & *singularem*) sed *numericè* s. natura humana singularis, integra & perfecta, à totâ SS. Trinitate ex substantiâ Virginis formata, (etsi propriâ personalitate destituta) sic, ut *Homo* de aliis hominibus, & hoc *HOMINE* (הַמְּלֶכֶת הָאָדָם s. *HOMINE* qui est ipsa ex. *essentia* 1. Chr. 17. 17.) prædicetur *univocè*. II. *Modus*, qui dicit non φανερῶσις, non nudam ἀπεικόνισις: sed *veram & realem* Dei in carne manifestationem, cujus principium est ipsa incarnationis, sic tamen, ut & in signo rationis, antecedenter supponat ipsam, supernaturalem γέννησιν s. humanæ naturæ à Spiritu S. conceptæ, ex Mariâ Virgine generationem, & formaliter complectatur ἀπὸ τῶν ἑνωσιν s. ineffabilem illam naturarum divinæ & humanæ in persona ἰου λόγου adunationem, & sic totius plenitudinis deitatis in hac carne benedictâ inhabitationem, naturarum aded & proprietatum *communione* & *communicatione*, consequenter,

ter, ipsam θεοτικὴν ἢ admirandam Θεανθρώπου ipsiusq; sic DEI
ex virgine nativatem, totamqve illam σκηνωσιν vel totum
illud, quod Johannes c. 1. 14. exprimit: *Verbum caro factum est, &
habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus &c.*

IV.

Didascalica tractatio & Axiomatica orthodoxiae Confirmatio.

Axioma I. DEUS ὁ λόγος factus est *Verus
homo*, & sic Θεάνθρωπος. Probatur 1. quia DEUS (ὁ λόγος
idemqve unigenitus & proprius DEI filius, Joh. 1. 1. c. 3. 16. Rom.
8. 32.) *verè in carne humana est manifestatus*. 2. illa *apparitio in
carne* appellatur *verè & ὁμολογουμένως magnum religionis
Christiana mysterium*. E. non assumpsit phantasma, vel nudum cor-
poris schema ἢ simulacrum, velut *Docetae, Marcionita & Manichaei*
delirarunt; cui delirio rectè & hæc *Φανέρωσις* & hujus *mysteriū*
opponitur, & apertissima Christi cū ante mortem & resurrectio-
nem, quando e. c. *ambulabat aquas* Marci 6. 49. 50. tum *post hanc,
quando clausis januis intrabat ad Apostolos* Luc 24. 37. 39. phantaf-
matis talis confutatio, & veri humani corporis legitimatio.

II. In Christo sunt *due natura, d. divina & humana*. Proba-
tur, quia in hoc *magno pietatis mysterio datur Deus in Carne*, & sic
Verbum caro factum Joh. 1. 14. *Filius Dei factus è semine Davidis se-
cundūm Carnem* Rom. 1. 3. & aded Θεάνθρωπος, Filius sc. hominis
unus idemq; numero, *Filius est Dei viventis* Matth. 16. 13. 16. & sicut ha-
bet pia vox *conversi ad crucem Centurionis*, Marci 15. 39. Αληθῶς
ὁ ἀσπόμενος ἔπος (talem, etiam *mortuum* jam in *Cruce* Christum
pronunciavit) ἦδὲ Θεοῦ, ἢ VERE HIC HOMO DEI FILIUS.

III. CHRISTUS (1. *verus ac aternus Deus est*, (2.) *verus &
per naturam Dei Filius* (3.) *verè & propriè ex substantiā aterni
patris ab aeterno genitus* Probatur I. quia simpliciter absolute &
sine addito deminvente appellatur *Deus*, & quidem subjectivè: *Deus in
Carne est manifestatus*. II. qui hic appellatur *Deus*, ex naturā
prædicati non permittitur esse *Pater*, non *Spiritus S.* E. est *Filius*.

C 3

Neqve

Neque enim aliam *τρίανδα* agnoscunt ipsi Sociniani, quàm Patrem
Filium & Spiritum S. (etsi filium & Spiritum S. negant personas di-
vinas) Filius autem ille est Filius DEI UNIGENITUS, SALVATOR
MUNDI 1. Joh. 4. 9. 14. Filius DEI *proprius* Rom. 8. 32. *μοούσιος*
Joh. 10. 30. Probatur III. Prout propter generationem temporalem
secundùm Carnem est verus Mariæ *Virginis Filius* Jes. 7. 13. Matth.
1. 25. ita danda æterna generatio, propter quam verus, proprius &
æternus dicatur *Dei Patris Filius*, velut cui Filio dictum à Patre: *Ego*
hodie genui Te Ps. 2. 7. Hebr. 1. 5. Rom 8 32.

IV. CHRISTUS de Spiritu S. conceptus, ex Mariâ Virgine
non solâ m (1.) *veram* assumpsit corporis humani substantiam: sed &
(2.) *verâ humanam, eandemq;* (3) *ab animâ Mariæ, tractatâ animâ.*
Probatur, quia Filius Dei *manifestatus est in carne* i. e. vera & inte-
grâ humanitate, sic ut æquè *particeps factus sit carnis & sanguinis*
ac pueri Hebr. 2. 14. Add. Luc. 1. 35. 43. Gal. 4. 4. Peculiariter
probatur I. ex notatis in Aphorismo vel axiomate i. Probatur
II. ex expressâ *animæ* Christi mentione Matth. 20. 28. c. 26. 38. Luc.
23. 46. & clarissima HOMINIS (qui sine formâ vel animâ *rationali*
nullus esse potest) appellatione i. Tim. 2. 5. Probatur III. quia licet hujus
Carnis animatâ s. naturæ humanæ multa prædicentur singularia,
e. c. quod secundùm illam Christus, sit *Spiritu vivificatus, in gloriam*
assumptus, ad dextram Patris exaltatus, quod illa sit *vivificans, talis ca-*
ro, quæ dat vitam mundo Joh. 5. 51. 54. tamen, quoad *immediatam*
animæ Christi creationem, nihil peculiare datur in scripturis: neque
Christus, si solo corpore, non animâ ex Mariâ Virgine foret, ex *con-*
ceptione æquè ac *partu* Parthenio, *Filius Virginis*, ab Isaia, nec ex hoc
ab Angelo dici potuisset Conf. Isaia 7. 14. Matth. 1. 23

Ax. V. DEUS non assumpsit personam: sed naturam humanâ.
Probatur, quia 1. Deus dicitur *in carne manifestatus*, sic ut visâ carne
visus vel *manifestatus sit Deus* ὁ λόγος, neque alia *apparitio* Dei, alia
hominis: sed una eademqve Θεανθρώπου. 2. Si caro, in quâ *manife-*
status Deus, personalitatem humanam & sic propriam habuisset, aut
Christus non esset persona divina, & sic, vel Deus non manifestatus
esset in carne, vel infinita essentia divina personalitate propriâ desti-
tuta substitisset in persona finita, & hæc infinitam essentiâ assumptâ
perfectione personali terminasset, quin sic in DEO *personarū Trini-*

tas non esset) aut duplicanda foret in Christo persona (& sic non
esset unus Christus, unus Dominus, unus Salvator mundi. Contra
1. Cor. 8. 6. Joh. 20. 31.) nec Jesus esset ὁ Χριστός, Filius Dei, qui ve-
nit in carne: sed alius Jesus, alius Christus Dei Filius, quod dogma
seductoribus Antichristis adscribit dilectionis Discipulus 1. Joh. 2. 18.
22. c. 4. 3. 2. Joh. 7. Conf. quoq; 1. Joh. 4. 15. c. 5. 5. Prout ergo in
Trinitate datur DEUS unus, non personā: sed naturā: ita in hoc my-
sterio datur Christus, unus, non naturā: sed personā, quæ est Deus in car-
ne manifestatus. Verbum caro factum.

Axioma VI. CARO ILLA, in quâ Deus manifestatus, est actu na-
turali considerata, velut in se circumscripta, Deus non est, tamen actu
personali propria Dei Caro, & concretioe ὁ λόγος. I. Dei Filius est.
In hypostaseos quippe divinæ unitatem recepta sic est, ut per talem
ἐνωσιν caro hæc propria Dei caro sit, velut toti λόγῳ personaliter
unita, & sic Caro Dei, I. in quâ Deus manifestatur, eademq; & Caro
Filii hominis Joh. 6. 53. concretivè Homo Jesus Christus 1. Tim. 2. 6.
atq; sic dum Verbum factum est Caro & Verbum est Caro, & Caro
(personaliter) Verbum, ac concretatâ vel crucifixâ hac carne dici-
tur concretatus vel crucifixus ipse Deus ὁ λόγος, Dominus ac Deus
noster 1. Joh. 1. 1. 1. Cor. 2. 8. Joh. 20. 28. atq; inde jam & Caro Christi,
etiam, ubi mortua fuit, & est, Caro vivifica, & Sanguis Christi
mundat à peccatis Joh. 6. 51. 52. & seqq. 1. Joh. 1. 7. quia sc. Caro illa
est propria Dei Caro, & sanguis proprius Dei Sanguis Act. 20. 28.

Axioma VII. Suppositâ in Uno instanti, carnis in Deum s.
τὴν λόγον, assumptione, & cum immensâ personâ & naturâ Filii Dei
adunatione, prout in unâ Christi personâ mutua datur natura-
rum unio (I. communio) ita & earundem mutua datur hypostatica
ἁπλοῦς I. immeatio. Probatur 1. quia, citra talem mutuam
περιχώρησιν, non foret hæc mysterium tale pietatis ὁμολογητέ-
ως magnum, I. maximum, quod patet ex collatione præsentia divi-
næ, cum universalis Act. 17. 28. Pf. 139. 1. 2. & seq. tum gratio-
sæ e. c. Joh. 14. 23. Act. 9. 4. 5. Galat 2. 20. Matth. 10. 20. 2. Pet. 1. 3. 4.
cum præsentia naturarum in Christo hypostaticâ, si negetur in hæc
intimâ immeationis mutuam. Probatur 2. quia sic non totus Deus
I. tota natura divina Filii Dei esset incarnata, vel in carne manifesta-
tata.

εατα. Contra : DEUS dicitur in carne manifestatus, & tota plenitudo Deitatis habitare in Christo *σωματικῶς* Colofs. 2 9. 3. Ceteroqvi λόγος quidē præsens fuerit *carni*, & *Caro* nuspiam extra Deum s. λόγος : sed non Caro toti λόγῳ, & λόγῳ in innumerabilibus Ubi esset extra Carnē. 4. Et ibi adeo falsa esset hæc enunciatio: *Deus est manifestatus in carne*. 5. Induceretur sic naturarum in Christo scissio ac divisio. 6. Caro foret *adjunctum* τοῦ λόγου, & huic infinito finitē saltem s. alicubi unita & præsens. 7. Induceretur *ὑπεχώρησις* s. emeatio saltem λόγου ad Carnem, non *ὑπεχώρησις*, si hæc negaretur mutua. 8. Neganda foret mutua naturarum *Unio* & *Communio*, si non daretur mutua naturarum in persona Christi immanentia, vel immeatio. *ὑπεχώρησις* quippe mutua, est de *essentiâ unionis* s. *huius forma* & *differentia specifica*. 9. Si ubi datur unio *κατὰ συνδύασιν*, ibi datur mutua *ὑπεχώρησις*. E, ubi illa datur incomparabiliter, hæc quoqve dabitur eminenter. Atqve naturarum in Christo &c. &c. 10. Ad *ὑπεχώρησιν* definitivē requiritur 1. *immeatio*. 2. *mutui* ratio.

§. 2. Et in argumentis objectis committitur ignoratio Elenchi, & à dicto secundum quid. A negatione enim mutui resp. ejusdem modi, gradus, actus, pro ratione *επιτελείαι* s. *principii activi*, & perfectivi, ad negationem mutui simpliciter, & respectu stat9, non v. c. Prout sc. non natura humana divinam: sed hæc humanam assumit, sibi univit, nec activē illa huic: sed hæc illi sua attributa communicavit, & tamen est *mutua naturarum Unio*, & *cum illarum tum proprietatum communicatio*: ita quoqve *mutua* datur naturarum *ὑπεχώρησις*, etsi activē per modum principii *agentis* & *perfectantis* non natura humana velut finita divinam (infinitam) sed hæc illam penetrat vel permeat. Neqve *κεκλιμένον* hîc est de *mutui* in illâ admirandâ *ὑπεχώρησει* (qvoad modum) *identitate*: sed *veritate*. Prout non caro manifestatur in Deo: sed Deus in carne: ita non Caro *ὑπεχώρησιν* dedit λόγῳ: sed λόγῳ Carni, & adeo Caro sic *ὑπεχωρηθεῖσι ὑπεχώρησι*, s. permeata permeat, & supposito actu, prout mutua unio: ita mutua quoqve datur naturarum immeatio. Qvin, cum *ὑπεχώρησις* illa, sit ipsa unionis hypostaticæ forma, quisquis illâ

mutuam

mutuam negat, non potest non hanc quoque; mutuam negare, & sic Nestorii litus iniquum premere. Ac similia quidem de anima & corpore, igne & ferro, quod posterius placuit maxime Origeni & Basilio, velut exempla physica, cum ratione extremorum velut finitorum, tum ratione modi unionis, longe sunt infra eminentiam huius *μολογουμένως* magni pietatis mysterii, unde & non nisi κατὰ τὸ & suo quodam modo ad adumbrandum, non ad exæquandum unionis & communicationis hypostaticæ mysterium afferuntur in l. Concord. Chemnitio, Huttero & alijs. Et tamen in illis quoque datur & à Meisnero defenditur, prout unio κατὰ συνδυάσιν, & sic mutua unio: ita & mutua *περιχώρησις* i.e. permeatio s. immeatio.

§. 3. Neque aliter sive Patres Catholici, sive orthodoxi senserunt & sentiunt Theologi, non minus asserentes *Carnis immeationem vel immanentiam intimam, & profundissimam in λόγῳ*, quam λόγου in carne, & sic *περιχώρησιν* mutuam, imo magis in illa quam hanc agnoscetes rationem mysterii maximi. Ita Iren. l. 4. scripserat; *Hominem transire in Deum, & Deum in hominem*, & illud in antiquitate de hoc mysterio dictum: *τὰς δύο φύσεις περιχωρῆν ἐν ἀλλήλαις* s. *duas naturas, sine conversione, mutuo in se immigrare & permeare*, quomodo Damasceno defendit *τὴν εἰς ἀλλήλα τῶν φύσεων περιχώρησιν* s. *mutuam naturarum permeationem*, qui idem l. 4. c. 19. pulchre: *Divina, inquit, natura ἀπαξ περιχωροῦσα διασαρκῶς, ἔδωκε κατ' ἑαυτῆς σαρκὶ τὴν ἀρκῆν περιχώρησιν* s. *semel permeans carnem, dedit huic se. carni ad ipsam divinam naturam ineffabilem permeationem, vel immeationem. Quam περιχώρησιν UNIONEM dicimus*. Ita Menzerus in disp. de Jesu Christo asserit, prout in Deitate mutuam personarum *περιχώρησιν essentialem*: ita in personam Christi mutuam naturarum *περιχώρησιν personalem*, qui & theol. 43. ibidem: *Mutua, inquit, hæc naturarum in Christo est περιχώρησις*, quam ibidem asserit *formam vel differentiam specificam Unionis*, & propter quam non saltem Caro non sit extra λόγον: sed nec λόγος extra Carnem. Ita Hafnenrefferus, qui ineunte hoc seculo omnes ferè occupavit cathedras Theologicas: *Totus inquit, λόγος est in toto assumpto homine, & totus assumptus homo in toto λόγῳ*

MUTUA & ineffabili duarum naturarum $\omega\epsilon\chi\omega\rho\eta\sigma\epsilon\iota$. Neq; aliter
sive Gerhardus in Locis Theol. art. de SS. Tr. & pers. Christ. sive
Danhavverus in hodosoph. phænom. 8. quin &, qui hodie in Scho-
lis obtinet Ditericus in Instit. art. de personâ Christi q. 13. ubi ad quæst.
quænam sit naturarum in Christo communio? respondet: Est intima
eaque *MUTUA* duarum naturarum $\omega\epsilon\chi\omega\rho\eta\sigma\epsilon\iota$ s. immeatio. Neq;
aliter Theologus olim in hac Acad. celebratus D. Affelmannus disp.
de unione nat. in Christo hypostaticâ anno 1616. 14. Januarii Rostochii
habitâ: In Christo, inquit, statuenda est arctissima & intima quædam
 $\omega\epsilon\chi\omega\rho\eta\sigma\epsilon\iota$ immeatio, quâ singula sunt in singulis, & omnia in sin-
gulis & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum omnia
 $\text{in } \alpha\iota\omicron\mu\omega\ \upsilon\pi\omicron\sigma\iota\omicron\epsilon\iota$. Principiū penetrationis vel immeationis forma-
le non est homo, vel natura humana: sed divina, in $\upsilon\pi\omicron\sigma\iota\omicron\epsilon\iota$, & in hac
 $\omega\epsilon\chi\omega\rho\eta\sigma\epsilon\iota$, quæ omnipræsentia Christi secundum naturam hu-
manam basis est, constituimus FORMALE & differentiam specificam
UNIONIS. Et manet tamen Caro finita in ipsâ immeatione.
Nulla ergo naturarum hîc datur coagratio vel coextensio. Nulla
inquam, licet ob immeationem hanc filius hominis totam Trinitatē
totaliter permeet, ita ut humana natura in consortium Trinitatis
elevata sit & Trinitati connumeretur, non naturaliter, essentialiter
& immediatē: sed personaliter & mediatē. Idem disp. de Commu-
nic. Idiom. habitâ hîc An. 1617. 23. Aug. thes. 26. Naturarum Com-
municatio *MUTUA* Patribus dicitur $\omega\epsilon\chi\omega\rho\eta\sigma\epsilon\iota$ vel immeatio,
quæ stylo Cinglio-Calviniano diceretur $\omega\delta\alpha\chi\omega\rho\eta\sigma\epsilon\iota$ vel emeatio.
Ita & Hafsenrefferus &c. Atque in hac præcipuē immeatione mutuâ
datur illud mysterium, de quo Chryf. ad h. l. $\epsilon\upsilon\delta\omicron\theta\omicron\sigma\omicron\upsilon\ \tau\omicron\ \mu\upsilon\sigma\tau\eta\epsilon\omicron\upsilon\ \kappa\alpha\iota\ \Phi\epsilon\lambda\acute{\iota}\xi\alpha\iota\ \epsilon\chi\epsilon\iota\varsigma$ i. e. Animadvertite hoc mysterium, & venerationis
honore moveberis.

Ax. IIX. Totus λόγος, non solum ratione subsistentia: sed & ra-
tione essentia, caractere hypostatico filiationis insignita, est incarna-
tus. Probatur quia Deus in carne est manifestatus. Deus autem
primariò naturæ nomen est, etsi hic non dicit naturam divinam
 $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\varsigma$: sed $\upsilon\pi\omicron\sigma\epsilon\pi\eta\upsilon\omega\varsigma$ consideratâ, vel relatam ad solam personam
filii, atq; sic essentia divina cum tali relatione est ipsa secunda sacro
sanctæ Trinitatis persona, & hoc respectu exclusivè in ordine ad
personam

Personam patris & S. Spiritus *sola* persona filii est incarnata, & tamen in ordine ad essentiam divinam τῆ λόγῃ, non *sola* persona τῆ λόγῃ est incarnata: sed & natura divina. Neq; enim nuda subsistentia, sed *DEUS* dicitur *in carne manifestatus*. Quin & cum persona & natura divina τῆ λόγῃ realiter & simplicissimè idem sint, nullumq; inter illa detur reale discrimen, absurdum fuerit, & hæreticum, asserere, personam filii incarnari, sine naturâ divinâ filii, & humanam naturam uniri vel assumi ad personam τῆ λόγῃ, non ad naturam: Quod si propterea essentia divina τῆ λόγῃ non est incarnata, quia illa est infinita & immensa: ergo (1) nec persona τῆ λόγῃ fuerit incarnata, vel (2) persona τῆ λόγῃ fuerit finita. Addantur loca, Joh. 1.14. scilicet λόγῃ est incarnatus. λόγῃ est natura divina filii Dei. E. natura divina filii est incarnata. Item Col. 2.9. *Tota plenitudo Deitatis* est incarnata. *Tota plenitudo Deitatis* non est nuda persona vel subsistentia: sed ipsa simplicissima essentia divina. E. non nuda persona vel subsistentia τῆ λόγῃ: sed ipsa simplicissima essentia divina filii est incarnata.

Ax. IX. *Caro CHRISTI personaliter ad Sacrosanctæ Trinitatis consortium pertinet.* Probat (1) quia *DEUS apparuit in carne*. *DEUS* autem vel est tota sacrosanctæ Trinitas, vel persona in Trinitate, & quidem h. l. secunda, de quâ intelligendum subjectum, constat, ex naturâ prædicati. (2) quia illa *apparitio DEI in carne, est notorie magnum pietatis mysterium*. Ergo caro illa ita Dei caro est, ut sit propria Dei caro personaliter. Neq; ratio *mysterii maximi* formaliter tam consistit in unitione Dei cum humanitate, quàm in ipsius carnis vel humanæ naturæ sublimi & imperferutabili, per illam unitionem evectione & immeatione in ipsam naturam & personam τῆ λόγῃ, ita ut non tantum Deus sit in carne: sed & caro intimè, profundissimè, in totâ naturâ divinâ τῆ λόγῃ, & hæc nusquam extra carnem. Quorsû ergo pertinet hypostasis λόγῃ, Dei filii, eò etiam pertinet *caro τῆ λόγῃ*, quippè subsistens in immensâ persona τῆ λόγῃ. Atq; hæc, vel ὁ λόγῃ ad consortium sacrosanctæ Trinitatis pertinet, Ergo & caro τῆ λόγῃ.

Ax. X. *Utrumq; Ἐ Verbum & Caro in unitate adorandum est.* Probat (1) quia *Deus in carne manifestatus* appellatur *mysterium*

maximum, & ὁμολογούμενον, sc. tale, & mysterium, & maximum ab omnibus magno consensu habendum. (2) quia appellatur mysterium εὐσεβείας; hæc autem formaliter cultum religiosum includit. Et huius objectum non solum est DEUS ut DEUS: sed Deus ut in carne manifestatus; E. & totus ut in carne manifestatus, & sic unâ cum carne est adorandus. Et aded totus Christus Ἰεσὺς Ἰωάννης & Caro quoq; Christi, vel Christus etiam secundum carnem, prout ab Angelis, Apostolis, aliisque in statu cum exinanitionis, tum exaltationis adoratus legitur: ita in tali quoq; magno mysterio à nobis adorandus est & adoratur conf. Heb. 1.6. Mat. 2.11. Marc. 10.47. Joh. 9.39. Luc. 24.52.

V.

Heterodoxiæ Socinianæ mysterio huic oppositæ Elenchus s. confutatio.

§. 1. Ceterum huic fulgidissimo, pro Deitate & incarnatione Dei filii, loco Apostolico, opponunt Sociniani Catech. Racov. Smalc. Ostorodus, Volkelius & alii, quæ tamen facilis expeditionis sunt, quæ vale 1. Vocem Θεός esse hypobolimaam, codici græco malè insertâ: Resp. Contrarium prolixè remonstratum jam supra Sect. 2. §. 13. 14. 15. & seqq. 2. Vocem Θεός hic esse sine articulo & non notare summum & naturâ Deum. Resp. Θεός etiam sine articulo, est nomen unius, veri & summi Dei, extra quem non est alius, quod per ipsam tot locorum evidentiam illis negare haut licet. Conf. Joh. 1.6. 13. 18. Rom. 1.17. 18. 1. Cor. 1.1. imò Θεός sine articulo etiam dicitur de Deo Patre Conf. ibid. & Rom. 1.1. 4. 7. & cum articulo etiam de Christo qui est ὁ ἀληθινός Θεός & vita æterna 1. Joh. 5. 20. (quod non de Patre: sed Christo intelligendum, cum ex textu constat, tum ex collatione 1. Joh. 1.1. 2.) & quem confessus Thomas dicens ὁ κυριός μου καὶ ὁ Θεός μου, s. Dominus meus & Deus meus Job. 20. 28. ὁ μέγας Θεός καὶ σωτὴρ, s. magnus Deus & Salvator Tit. 2. 13. & concedunt ipsi: Vocem Θεός subjektivè s. in subjecto positam semper designare verum Deum. Atq; hic talem locum obtinet. E. Obj. 3. Designari Deum Patrem vel divinam voluntatem in evangelio revelatam, per carnem s. per Christum & infirmos Apostolos predicatam. Resp. 1. Nusquam Θεός signat solam voluntatem divinam: sed essentiam & personam idq; sive

κόινως

αἰνῶς ut intelligatur tota SS. Trinitas, ὁικονομικῶς & διακριτικῶς
 ut intelligatur certa quaedam e.c. hoc loco, secunda Trinitatis, persona.
 2. Prædicata, *manifestari in carne, & sursum assumi in gloria*, nec
 Deo Patri sive tribuuntur usquam sive competunt, nec voluntati reve-
 lata: sed solius Christi *personæ*. 3. Quippe *VERBUM caro factum*
est, Joh. 1. 14. *Filius Dei est natus ex semine Davidis secundum carnem*.
 Rom. 1. 2. *est ex Patribus secundum carnem*. Rom. 9. 5. & contra di-
 stinctio *carnis & Spiritus* prout alibi sese habet conf. Rom. 1. 2. 3. 1. Pet.
 3. 18. ita & h. l. 4. *Deus ita in carne manifestatus*, ut per illam ἐνσάρ-
 κωσιν tota plenitudo Deitatis habitaverit in Christo σωματικῶς
 Coloss. 2. 9. 5. In Deum Patrem non cadit talis *Φανέρωσις* in pro-
 pria carne, propter quam opus habuerit *justificari s. glorificari* ex
 divinitate *divinâ virtute*, prout Christus Joh. 17. 1. 5. 6. *Deus, qui*
manifestatus est in carne, est, idem qui acquisivit Ecclesi-
am proprio suo sanguine, Act. 20. 28. Atque hic Christus E. 7. Non
 de Deo Patre vel divina voluntate: sed solo Christo, secundum natu-
 ram humanâ, in coelû gloriôsè ascendente, prædicatur illud ἀναλήψῃ
 Marc. 16. 19. Act. 1. 2. E. *Deus in carne manifestatus*, idemq; in gloria
 ἀναλήψῃς solus Christus est, conf. quoq; 1. Pet. 3. ult. Obj 4. *Incar-*
nationis dogma esse absurdum. Resp. Ut ut rationi corruptæ, quia
 est *mysterium notoriè maximum*, tamèn non *fidei*. Opponimus:
Qui verè caro est factus, in carne manifestatus, is verè est incarnatus,
 Atq; ὁ λόγος s. Deus, Verbum &c. E. Insignis adeo blasphemia Smal-
 cii, Ostorodi, Crellii, id appellantium *commentum & dogma monstro-*
ssimum, quod Apostolus vocat *notoriè maximum religionis Chri-*
stiane mysterium. Obj. 5. *Filius Dei ante carnem non extitit E. incar-*
nari non potuit. Ita Volkel, Smalc. Resp. 1. Invertatur. Si Deus ὁ λόγος
 est caro factus & in carne manifestatus E. extitit ante illam ἐνσάρκωσιν
 s. ἐν σαρκὶ Φανέρωσιν. De quo sc. aliquid dicitur, quod antea non fuit,
 illud oportet antea existere, quia nihil fit aliud, quod antea non fuit
 Atq; de Deo ὁ λόγος dicitur quod *caro factus sit*. E. oportuit antea
 existere. Non a. secundum humanam naturam, quippe quæ facta
 est. E. secundum illam à qua Deus dicitur, sc. *divinam*, pro quo etiam
 facit ipsa propria & absoluta DEI appellatio & illa in Joh. c. 1. 1. æternæ
 verbi existentiae & subsistentiae prædicatio. Objic. E. *Si Filius DEI*

ab aeterno existit & tamen per conceptionem de Spir. S. ex Maria Virgine existere cepit. E. dandi duo Dei Filij. Resp. Limitando majoris prædicatum, vel sic: & tamen idem Dei Filius secundum naturam humanam &c. sic concessa minore negatur major, vel 2. ita: & tamè alius Filius Dei conceptus est de Spir. S. &c. sic concessa majore negatur minor. Obji. 7. In Christo dari 2. naturas divinam & humanam, ἀντιφατικόν est universe rationi. Resp. 1. est supra, non contra rationem rectam, etsi contra corruptam, e. c. Judaicam, quæ interpretatur blasphemiam, Jesum hominem se dicere Unum cum Patre, & sic Deum. 2. Creditur, non scitur, lumine supernaturali revelationis (Joh. 10, 30, 33.) non rationis, 3. Fides & longe plura credit, quàm ratio capit Eph. 3, 20. quod huic est stultitia, illi est Sapientia, 1. Cor. 1, 23, 24, c. 2, 14 Hebr. 11, 1. Obji. 8. Due natura proprietatibus diverse (vel contrariæ) sunt impossibiles uni supposito. Resp. 1. per instantiam, anima & corpus, ignis & ferrum, 2. Multò eminentius id possibile in arcano sapientiæ divinæ mysterio ὁμολογουμένως Magno. Obji. 9. Homo propriè nec est corpus nec anima. E. illud simile & dissimile. Resp. 1. Conveniunt in certo tertio quod sufficit. 2. Excipienda semper est eminentia mysterii magni. 3. Anima & corpus vel partes essentialis constituunt unum tertium s. totum essentialis In Christo autem sunt 2. natura integræ. Proinde Christus est Deus & Homo. Obji. 10. Si Divina natura est persona. E. & humana. Resp. 1. Neg. quia unus Christus, Resp. 2. Limit. E. humana natura est in persona τῷ λόγῳ. Obji. 11. unus tantùm natura Deus, Pater sc. Christi. Joh. 17, 3, 1. Cor. 8, 6. Eph. 4, 6. Resp. 1. Exclusivæ ibidem non sunt subjecti: sed prædicati. Non dicitur Pater solus est verus Deus: sed Pater est ille solus & unus verus Deus, quo nihil verius. 2. Si Pater aeternus. E. & unigenitò idemq; & proprius Filius aeternus, Talis autem Dei filius, non potest non esse Deus, prout proprius Hominis Filius, non potest non esse Homo, Nec adeo valet: Christus non est Deus pater, E. non est Deus.

VI.

Usus Epanorthotici brevis tractatio.

Quatuor scripturarum ὡφέλειαι s. usus memorat Apostolus 2. Tim. 3, 16. ex quibus cum duo doctrinales s. ad doctrinæ veritatem attingentes, positivus unus s. didascalicus, destructivus alter s. Elenchiticus

ticus jam representati fuerint, supersunt duo *morales*, s. *vitales*,
 alter *επινοητικός* s. correctivus, ubi, in Christianismo per vitam
 inordinatam exorbitatum, alter *μεθευτικός*, s. institutivus in iustitia,
 quo sc. ex fidei iustitia, vita hominis Christiani pie conformatur &
 confirmatur: ex quibus prior in classe 2. respondet posteriori in classe
 1. & posterior in classe 2. priori in classe 1. Superest adeo, ex hoc magno
 mysterio, Disputationis Themate, paucis quibusdam lineis etiam po-
 sterioribus hos adumbrare. *MYSTERIUM hic est εὐαγγελίας*, quod pro-
 inde verā in Deum fidem, veram pietatem & sanctimoniam requirit,
 DEUS in carne, & in Deo incarnato gratia illa salutifera apparuit
 omnibus hominibus. Ergo abneganda est omnis impietas, abdi-
 candam mundanis concupiscentiis, vanis illis veraq; pietati & dile-
 ctioni Dei contrariis, & *temperanter, iuste, ac pie vivendum in*
hoc seculo. Tit. 2. 11. 12. Manet æternumq; manebit vera sententia dile-
 ctionis Discipuli: *Si quis dilexerit mundum, non est in illo dilectio*
Patris. Filioli nemo vos seducat! Qui peccatum facit ex Diabolo est.
 1. Joh. 2. 15. c. 3. 7. 8. Deus in carne manifestatus est, non ut regulam vi-
 vendi laxaret, & peccandi indulgentiam concederet, & sic, velut im-
 purus Diana, peccata mundi tolleret: sed ut *Diaboli opera dissolveret*
 & nos *ab omni iniquitate liberatos* *populum Zelotam honorum operū*
compararet 1. Joh. 3. 8. Tit. 2. 13. 14. Quæ destructa Dei filius voluit, imò
 sua natiuitate, *acerbissimā passione & morte destruxit*, non sunt re-
 edificanda, & hinc *Diabolo militandum*. Quisquis ex DEO *regeneratus*
 est, vincit mundum, diligit Deum regenerantem, & ex DEO *regeneritū*,
 ac seipsum *ab omnibus inquinamentis Carnis & Spiritus servat pu-*
rum 1. Joh. 5. 1. 4. 18. *Quisquis odit Fratrem, homicida est* 1. Joh. 3. 15.
 Videant, qui peccatis fibulam laxant, & tenebras magis diligunt, quā
 lucem, ne in se quoq; cadat illud adagium Salomoneo-Petrinum:
Canis reorbens id quod evomuerat, & scrofa lota, reversa ad volu-
tabrum cani. Metuant ab illo fulmine: *Spontè peccantibus nobis post*
acceptam veritatis agnitionem, non amplius superest Sacrificium
pro peccato: sed terribilis expectatio iudicij. & Zelus ignis absumpturi
impios Heb. 10. 26. 27. & abruptis huius mundi inquinamentis & fu-
 nibus illis improbitatis, seriā respicientiā conversi ad Deum in carne
 manifestatum, mox manifestandum in nubibus *Iudicij vivorum & mor-*
tuorum, mature portum occupent!

VII. usus

Uſus Pædeutici adumbratio.

At ἡ Φιλιθρωπία admirandam! O humilitatem incomparabilem & stupendam! Deus fit caro noſtra, Cœli terræq; Dominus, fit Homo, nec dedignatur nos appellate Fratres. Clauſus nobis extorribus Paradifus erat. Nunc in Chriſto eſt reſeratus. Eramus iræ filii, Dei inimici. Apparuit Dei Filius in carne, factus filius hominis, ut nos homines, iræ Filios, è regno tenebrarum ereptos, Dei Filios faceret. Gaudendum ergo in Domino, & iterum dico, gaudendum! Non Angelis: ſed *nobis puer eſt natus. Nobis Filius Salvator mundi eſt datus. Propter nos Deus in carne eſt manifeſtatus.* Sed & ſolemur nos, quotquot ſenſum iræ Dei adverſus peccatum agnoſcimus. Terret nos *nativitas noſtra*, immunda illa. Terret tota *vita noſtra*, Terret quæ ſemper & ubiq; imminet, ac vel fugacem perſequitur Virum, mortis acerbitas. Remedium datur in Immanuele. Opponamus *illi*, nativitatibus Filii DEI puritatem, *iſti*, vitæ *Σωτηριος* ſanctitatem, *huic* mortis Jeſu Chriſti victorioſam dignitatem, & reſurrectionis Jeſu Chriſti ac aſcenſionis in Cœlum ſublimē majestatem. *Sedet ad dextram Patris* CARO noſtra. O quanta dilectio & gloria! Inde *παρηγορία* in omnibus neceſſitatibus, in tentationibus, in precibus, in ſupremo mortis agone, in noviffimo judicii die. Sit *Leo rugiens*, & Circumcælio, Diabolus. Poſtquam *Deus in carne manifeſtatus eſt*, armaturam illi ſacram opponere & reſiſtere poſſumus, ac fide Tentatorem & tentationem vincere. Summus Apoſtolus, antequam exueretur, in tertium cœlum raptus, & Auditorio ineffabilium dignatus, *ab Angelo Satanae ſe colapſis caſum* h. e. ſenſu priorum ſub Phariſaïſmo peccatorum graviter afflicto teſtatur, & nihilominus *in infirmitate gloriatur*. Intueamur exemplum, & fide in Deum incarnatum vincamus mundi Principem Diabolum! *Chriſtus fidelis Pontifex noſter tentatus eſt per omnia juxta ſimilitudinem abſq; peccato, ut tentatus ipſe poſſet tentatis ſuccurrere.* Deſtituit vos ſenſus ſalutaris illius, quæ in Deo in carnato apparuit, gratiæ. Deſiderate! Magna pars gratiæ eſt, defectus ſuos agnoſcere, & gratiam deſiderare. In Deo incarnato fortitudo noſtris & victoria certiffima.

DEUS

DEUS INCARNATUS, frater & consanguineus noster, fratres & consanguineos non deseret. Uniuscujusque nostrum portio, Caro & sanguis in Jesu Christo est. Dememinisse DEUS non potest hominis, quem gestat ipse. Sed & omnis, qui *habet spem gloria filiorum DEI, purificat seipsum, sicut ille purus & sanctus est.* Christus *Vita* nostra est, & *Via*. Sequamur Christum, & sicut *ipse ambulavit, ambulemus!* Magister noster est. Simus discipuli, & *discamus ab illo*, qui clamat: *Discite à me, quod sum mansuetus & humilis corde & invenietis requiem anima vestra!* Sed & devotas agamus gratias. *Verbum Caro factum est. Deus in carne manifestatus.* Quas inexhaustæ misericordiæ tantæque gratiæ, grates rependemus!

Tibi CHRISTE sit cum Patre
Hagioque pnevmate
Hymnus, melos, laus perennis
Gratiarum actio.
Honor, Virtus, Victoria
Regnum aternaliter
Seculorum seculis.
AMEN.



Quando CARO FACTUM Patris admirabile
VERBUM,
De genitrice puer, de genitore Deus
E rosis Tibimet, juvenum Doctissime, rostris
Materies sancti pulcra laboris erit.
Apprecor hisce tuis indulgentissima ceptis
Omina, quin felix, opto, sit istud opus.
Fertilior

Fertilior seges hinc Tibi subnascatur honoris
Et patriæ surgant gaudia certa spei.
Spes & cura tui PATRIS in Te tota recumbit,
Quæ referas MAGNI facta PARENTIS habes.
Tu PATRIS exemplo modò filius impiger insta
Nec grave sit pariter, quò prait ille, sequi.
PATRIS AVIq; tui vestigia legeris ampla
AUGUSTI per Te sic superabit honor.
Sic in Te patrii virtus rediviva decoris
Creverit, egelidos effugitura rogos.

a. a. e.

Enochus Svantennus P.P.



Fertilior
Omina, pvin felix, opes, in istud opus.
Appretor hinc tuis indulgentissimis cepis
Mactas sancti pulcra laboris eris
E rosis Tibimic, juvenus Doffime, rosis
De genitricis puer, de genitricis Deus



ticus jam representati fuerint, supersunt duo *m*
alter *επιπροβαλινος* s. correctivus, ubi, in Christi
inordinatum exorbitatum, alter *παιδευτικός* s. insti
quo sc. ex fidei iustitia, vita hominis Christiani pi
confirmatur: ex quibus prior in classe 2. respondet p
1. & posterior in classe 2. priori in classe 1. Superest ad
mysterio, Disputationis Themate, paucis quibusdam
steriores hos adumbrare. *MYSTERIUM hic est* *evm*
inde verā in Deum fidem, veram pietatem & sancte
DEUS in carne, & in Deo incarnato gratia illa
omnibus hominibus. Ergo abneganda est omni
candam mundanis concupiscentiis, vanis illis ver
ctioni Dei contrariis, & *temperanter, iuste, ac*
hoc seculo. Tit. 2. 11. 12. Manet aeternumq; manebit v
ctionis Discipuli: *Si quis dilexerit mundum, non*
Patri. Filioli nemo vos seducat! *Qui peccatum fa*
1. Joh. 2. 15. c. 3. 7. 8. Deus in carne manifestatus est, r
vendi laxaret, & peccandi indulgentiam concedere
purus Diana, peccata mundi tolleret: sed ut Diabolo
& nos ab omni iniquitate liberatos populum Zelot
compararet 1. Joh. 3. 8. Tit. 2. 13. 14. Quae destructa D
sua nativitate, acerbissima passione & morte destru
adificanda, & hic Diabolo militandum. Quisquis
est vincit mundum, diligit Deum regenerantem, &
at seipsum ab omnibus inquinamentis Carnis & S
rum 1. Joh. 5. 14. 18. Quisquis odit Fratrem, homi
Videant, qui peccatis fibulam laxant, & tenebras ma
lucem, ne in se quoq; cadat illud adagium Salom
Canis resorbens id quod evomuerat, & scrofa lot
tabrum carni. Metuant ab illo fulmine: Sponte pec
acceptam veritatis agnitionem, non amplius su
pro peccato; sed terribilis expectatio iudicij. & Zel
impios Heb. 10. 26. 27. & abruptis huius mundi in
nibus illis improbitatis, seria respicientia converfi
manifestatum, mox manifestandum in nubibus Tu
enorum, mature portum occupent!

